Fyzeralya Vniuersas decimas vinorum de fyzeralya con-
duxit Magister Michael thybay canonicus Agriensis
pro fl. LXXV de quibus tempore conduccionis soluit fl. XXXVII
tenetur XXXVII

(Fol. 53.)

Boldokwalya Vniuersas decimas vinorum de Boldokwalya
conduxit in arendam Petrus derench enj pro fl. LXXX de
quibus tempore conduccionis soluit flor XL
tenetur XL

Zalanczalya zilvas etc Item decimas vinorum nouorum
promontoriorum jn possessionibus kazmafalwa zylwas Wyfaw,
kalsa, kolbasa, heghalya

Item Magrancz chech zeles et pan vbi nouiter promon-
toria erigere ceperunt conduxerunt (conduxit) hoc anno Cris-
toforus Pannj pro flor decem de quibus soluit . flor III
tenetur VII ad festum Sanctj Nicolai etc

Comitatus Berek

Kyswarda vel cherebora Vniuersas vinorum decimas de
cherebora conduxit Stephanus Orozy pro flor XLV de
quibus tunc soluit flor XXIII
tenetur XXIII

Kazon Mwsay ardo etc Vniuersas decimas vinorum kazon
utraque mwsay Benye kowazo Salank ardodeda Begar cum
pertinentys conduxerunt Matthias pethewhaza ac la dis-
laus thegzes pro flor VII^e X de quibus tempore conducci-
onis soluerunt flor III^e X
tenetur III^e X

Comitatus Saaros

Cibinium Vniuersas decimas frugum bladorum etc conduxe-
runt ciues eiusdem civitatis Cibiniensis pro flor XXXXVIII de
quibus nichil soluerunt sed tenentur soluere ad festum beatj
Nicolai confessoris; jn futuro registro exigitur

Barthpha Vniuersas decimas frugum etc de barthpha
conduxeiunt ciues eiusdem civitatis pro flor LXXII de quibus
soluerunt flor XXV
reliquos vero ad festum nativitatis domini flor XLVII
Eperies Vniuersas decimas frugum etc de Eperies con-

duxerunt cives eiusdem ciuitatis pro flor LXX de quibus tempore conductionis soluerunt flor XXXV
tenetur fl. XXXV

Palocha Conduxerunt decimas frugum de Palocha cives eiusdem locj cum suis pertinentys pro fl. XXXII tamen habent soluere ad festum sanctj Nicolay exigitur in futuro registro

Summa fl. III^m II^e II

Super decimis frugum et introitu capetiarum anno etc LXXXXV per manus Georgy de Ews prouisoris curie etc Hewes

Dicator Ladislaus de Ews et petrus magnus. — **Summa** capetiarum XXI^m VII^e

Summa fl. I^m XLVIII
apum VII

Exactor Emericus literatus de Erdewd prouisor curie de pyspeky exegit et presentauit fl. I^m XVIII

Item ad expensas et rectificacionem fl. XXXI

Zabolch

Dicatores ladislaus lyptay et Johannes Maky **Summa** capetiarum XXI^m IIII^e X **Summa** fl. I^m XXII
apum XLV

Exactor Michael lyptay exegit et presentauit . . fl. I^m
ad expensas et rectificacionem fl. XXII

Wywar

Dicator Valentinus presbyter et lucas dormany — **Summa** capetiarum XII^m IIII XIII

Summa fl. VIII^e XXVI
apum non habet

Exactor valentinus presbyter de darocz presentauit fl. VIII^e XXXII
ad expensas et rectificacionem fl. XLII

Zemplen

Dicator petrus literatus de Erdewd et Stephanus Abaffy; — **Summa** capetiarum . . XXIII^m I^e XLII

Summa flor. II^m II^e VII
apum LXXV

Exactor petrus literatus eo mortuo Thomas Baccalaureus (?) Exegerunt et presentauerunt . fl. II^m LXXXII
ad expensas fl. XXXI
ad rectificationem fl. XLIII

Sarus

Dicator Blasius de Kakasfalwa et Stephanus presbyter — **Summa** capetiarum . . . VII^m III^e XLVI
Summa flor. VI^e XIII
apum XXXI

Exactor lucas dormany presentauit . . . fl. VI^e III
ad rectificacionem et expensas fl. X

Borsod

Dicator Andreas Nemay et Emericus Zoltan
Summa capetiarum XXI^m
" flor. I^m III^e XV
" apum VII
Exactor Andreas Nemay presentauit flor. I^m III^e X
ad expensas etc fl. V
(Fol. 55)

Berek

Dicatores Stephanus et laurentius literatj
Summa capetiarum . . . XVIII^m II^e II
Summa flor. I^m III^e
apum I^e XXXV

Exactor Stephanus literatus de Bew presentauit fl I^m II^e XII
ad expensas et rectificacionem fl XXXVIII

Zarand

Dicatores Barnabas forro et Emericus keczer
Summa Capetiarum . . . III^m VIII^e XVI
" ordeorum cap. . . I^m LXXVI
" christianitatis . . . I^m VI
" cubulorum . . . V^e XXX

Summa porcorum	II ^e XXI
" apum	XXX
Exactor forro presentauit de capecijs christianitate et cubulis etc	fl. I ^m III ^e XX
Summa	fl. X ^m XXXII
pretium vinorum Zarand In Zarand forro vendidit omnibus jn vnum computatis vina jntegra LXXXII per fl. VIII et VII	fl. VIII ^e II
Agria Item In Agria et eius pertinentiis vina jntegra LXXXVIII media XXXVIII per fl XXV. XVI. VI. XXXVIII etc omnibus in vnum computatis	fl. I ^m III ^e I
Berek Item Berek Stephanus literatus de Bew vendidit vina jntegra XLIII media XII per fl VII ⁱ jntegra etc	fl. III ^e XIII
Summa pretiorum vinorum	fl. III ^m LXVI
Uniuersas decimas agnorum duorum comitatuum Sarus et vyvar conduxit Stephanus Maryassy pro fl. XXII quos persoluit	fl. XXII
Item de alijs comitatibus omnibus jn vnum computatis vendidimus agnos III ^m XII	fl. III ^e
Item Forro de remanenciis agnorum annj preteritj debebat agnos VII ^e quos vendidit et presentauit	fl. LXXVI

(Fol. 56)

Censum Teloniorum etc parualium

Item plebanus de helmecz pro censu ecclesie sue annuatim debet soluere marcas argentj duas pro eis soluit fl. XII

Item plebanus de vywar vnam marcam argentj pro ea soluit fl. VI

Item Iu festo nativitatis domini ex opidis et villis vallis agriensis tenentur soluere omnibus jn vnum computatis porcos XXIII ex ipsis ciuibus agriensisibus propter eorum jnopiam relaxauimus porcos duos reliquos judices exoluerunt cum pecunia pro singulo porco fl II quod faciunt fl XXXIII ex eis viceprouisor et collectori pro eorum seruicijs deputauimus fl. XI ad manus habui fl. XXI

- Item mella vendidij jn toto fl. LXXX
 Item Ciuitas agriensis deberet soluere pro taxa Sanctj Georgij fl XL sed seruitoribus castri relaxauimus fl. IX soluerunt fl. XXXI
 Item Nemethy pro taxa sancti Georgy debet et soluit fl. XL
 Item Thallya pro festo sancti Georgy debet et soluit fl. XXII
 Item olazweza tenetur de vna sessione den X jn festo Sancti Georgij sed deputauimus viceprovisor curie pro suis seruicys
 Item Maklar deberet soluere pro festo sanctj Georgy fl XII sed deputauimus viceprouisor curie pro suis seruicys
 Item Czegled pro festo sanctj Georgy de vna sessione den. XIII sed deputauimus viceprouisor curie pro suis seruicys.
 Item hecze in festo¹ sanctj Georgy tenetur vna sessio fl i et media (?) den. XXV quod feciebant fl VII quos deputauit comitj
 Ciuitas agriensis jn festo sancti Michaelis soluit flor. XXX
 quia X relaxauimus seruitoribus castrij
 Item Thallya fl. XXII
 Item Felnemeth „ XL
 Item In Maklar hecze olazucza czegled kapolna zenthmaria etc taxam sanctj Michaelis deputauit seruitoribus et comitibus etc pro eorum seruicys
 Item In Zenthmaria tempore decimarum frugum ve- niunt quedam pecunie kepepenz vocate habui exinde. fl. XII

(Fol. 57)

Thelonia

- Maklar** Item Nicoiaus iudex de maklar presentauit hoc anno a festo beatj Martini vsque ad aliud festum Sanctj Martini de ipso telonio fl. I^r

Zarwaskew Item de thelonio laczko et sebastianus presentauerunt fl. II^e XI

Item de pertinentiis Zarwaskew taxa Sanctj Georgy extendit se forte ad fl VIII quos deputauit castellanis et ceteris seruitoribus

Item jn festo sancti Michaelis similiter.

Item jn festo beatj Martini habui de pertinentys Zarvaskew fl. LVI

Quia decem relaxauimus vltra istos castellanno (!) pro suis seruicys

Item de Pether et thelek de comitatu Zarand pro taxa regia quia prius dum jn alio registro exegimus ipsas taxas non reportauerant sed nunc forro reportauit et habui fl. XLI

Item de precio farinarum de molendino thelek per forro flor. X

Item de Turkewy et Turkreddy et halaztelek pro taxa sanctj Michaelis quia vna sessio jntegra soluit fl vnum habui fl. XXXIII

Item de precio piscium ibidem jn Berekyo prensorum habui fl. XIII

Item de hecze pro taxa sanctj Martinj sessio vna debet fl I medium (!) medium fl. habui flor. XXXI

Faciebat XXXV fl sed comitj pro suo servicio deputauit flor. III

(Fol. 58)

Polgari Arokthew Margitha Item pro taxa sanctj Georgy de polgari et Margitha habui fl. XLVIII

Item iterum de eisdem polgari et margita pro taxa sancti Michaelis fl. L

Item de precio piscium de polgari . . . fl. XLIII

Item de precio piscium de margita . . . „ LIII

Item de Arokthew pro taxa sanctj Georgy „ IX de eodem arokthew pro taxa sanctj Michaelis fl. X

Summa fl. I^m III^e XL

Summa tocius anni prouentus omnibus in vnum computatis fl. XVIII^m II^e XL

(Fol. 59)

in hoc folio nil est scriptum

(Fol. 60)

Exitus Ad Manus domini

Item feria tercia post pasce domini Manibus Reuerendissimi domini Bude de prouentibus ecclesie Agriensis assignauit flor. X^m

Item In festo beate Anne matris Marie per Barnabam forro misi Budam ad dominum Reuerendissimum de prouentibus ecclesie Agriensis fl. I^m

Summa fl. XI^m

A d commissiones eiusdem

Ad commissiones domini Reuerendissimi

Item ad literas domini Sigismundo herencheny de petrowaradini reuerso pro subsidio dedi . . . flor. VI

Ad literas domini Ladislao kolos pro suo sallario feria sexta proxima ante festum beati Andree apostoli ad conseruacionem castrj Wysegradh dedi . . . flor. I^e

Petro forgach ad literas et commissiones domini Reuerendissimi pro vna suba Mardorinali dedj flor. XVIII

Ad literas domini ladislao kolos pro preterito anno dedj flor XXV pro presente iterum XXV et sic in vnum computandum dedi flor. L

habet diem omnium sanctorum

Michaeli hangach ad literas domini Reuerendissimi relaxauimus de decimis Warbowelgye . . . flor. XXXV

De commissione domini Qu'nceecclesiensis facta Sigismundo de Bathor pro suo subsidio dedj . . . flor. XX

Johanni horwath ad literas domini relaxauimus de decimis tholchwa flor. XX

Item In aduentu domini Agriam Stephano Johanni gyery et kapolnay quos misit dominus Reuereudissimus ad Zath-

mar jn sua presencia Agrie pro domino Nicolao fratre suo pro expensis flor. III

Item Gywrko de comissione domini III

Eidem Gywrko de commissione domini vt fratri suo portet laurencium kary dedi flor. XII

(Fol. 61)

Scolaribus recordantibus et procedentibus etc jn presencia domini fl. III

Item In festo sancti bartholomei Apostoli scolaribus recordantibus et procedentibus etc pro honore domini Episcopi Waradiensis fl. I

Item Mortuus est filius Thome farkas paruulus domini Reurendissimi nigram telam pro sua sepultura feci emere fl. I

Ad exequias funeris eiusdem exposui fl. XIII

Sebastiano famulo suo repatrianti de commissione domini in expensis fl. II

Stephano kwn de commissione eiusdem domini Reuerendissimi fl. II

Item Agrie jn festo beati Egidy de commissione domini Thome pesthy cursorj Regio fl. III

Item Eadem die Jane holy pro subsidio de commissione domini fl. VI

Item Gyerig secretarius Regius pro medietate decimarum vinorum de lyzka obligabatur fl LXVII tamen Bude volui informari a domino Reuerendissimo si exigatur ab eo dixit, relaxamus ei jdeo relaxavimus eidem fl. LXVII

Summa fl. III^r XVII

in altera pagina nil est scriptum

(Fol. 62)

Ad Sallaria

Petro forgach pro suo sallario . . . fl. II^r XXV

Eidem jn festo beati Valentini pro subsidio petenti fl. X

Petro horwath pro preterito anno . . . fl. XX

habet diem sanctj Michaelis

Eidem pro presenti anno fl. LXXX
 Item Sigismundo herencheni pro presenti anno
 pro suo sallario fl. LX
 habet diem Michaelis
 Andree thwroczy fl. XX
 habet diem palmarum
 Michaeli kathay cui jn alio registro soluimus flor.
 XL nunc eidem dedimus fl. XX
 habet diem palmarum
 Eodem pro presenti anno fl. XXX
 Sigismundo bornemiza cui jn alio registro dedi-
 mus flor. XXX nuuc solutus est et dedimus eidem fl. XXX
 habet diem nativitatis domini
 Gaspar pwthnoky pro presenti anno pro suo sal-
 lario fl. XXV
 habet festum Michaelis
 Isten Mezey cui in alio registro dedimus fl. XV nunc
 iterum dedimus fl. XX
 habet diem sanctj Georgy futurum
 Iterum eidem dedi. fl. XX
 Eidem pro presente anno fl. X
 Nicolao Abaffy cui obligabatur dominus pro preterito
 anno fl. III
 Eidem pro presente anno fl. LX
 habet diem Georgy martyris
 Petro Chatto pro suo sallario presentis anni fl. XLV
 habet festum Michaelis
 Jane cui jn alio registro dedimus fl. X pro preseute
 nunc dedimus fl. L
 habet diem sanctj Joannis Baptiste
 Sebastiano Magno ad literas domini cui jn alio re-
 gistro dedimus fl. XXXII nunc dedj. fl. XXVIII
 habet diem Georgy martyris
 Michaeli kewer primum pro suo sallario . . . fl. XL
 habet diem conuersionis sanctj pauli apostoli
 Zorard Abaffy fl. XLV
 habet diem conuersionis sancti pauli

Paulo felkez fl. XXX
 tenetur XXX

habet diem conuersionis sancti pauli
 lazaro korlath fl. XXX
 tenetur XXX

habet diem conuersionis sancti pauli
 Stephan o Abbaffy pro suo sallario . . . fl. XXX
 habet diem conuersionis sancti paulj

(Fol. 63)

Alberto Magno fl. XXX
 tenetur XXX

habet diem sancti pauli apostoli
 Sigismundo Bornemizza pro presente nouo anno
 flor. XXX

habet diem natuitatis domini
 Stephan o Bornemizza. fl. XX
 tenetur XX

habet diem pauli
 Michaeli kathay quia prefecimus gentibus ad domi-
 num missis in Capitaneum jn subsidium suum fl. VI

Philippo enchy pro suo sallario . . . fl. XXX
 habet diem conuersionis sancti pauli etc

Item In festo beati Valentini magistro agazonum vt aga-
 zonibus exoluat sua seruicia posita cum illis racione dedimus
 flor. XXXII

Eidem Sebastiano Magistro Agazonum petenti et ni-
 hil habenti in subsidium dedimus fl. X

Sigismundo Bathory cui in alio registro soluimus
 fl. XXX nunc iterum pro suo sallario dedimus . . fl. XXX
 habet diem palmarum

Nicolao kazay cui in alio Registro dedimus fl. XL
 habet diem natuitatis domini

Ramocha cui jn alio registro dedi fl XX nunc iterum
 dedj fl. X

Item Eidem per famulum suum philipum dedimus „ X

- Eidem pro presente anno fl. XXX
 habet diem sancti Georgy
- Johanni kwzel cui prius dominus soluerat per Gregorium posita racione cum eo Bude de commissione domini fl. L
 habet diem sanctj Georgy
- Per annum fl I^e larda X agni L vina VIII
- Ladislao Warday pro presente anno per famulum suum Gregorium kelemen et Stephanum banhazi fl. XLII
 habet diem sanctj Michaelis
- Stephano soos pro presente anno per vrbannum chwzy misimus fl. XX
 habet diem sanctj Georgy
 tenetur XX
- Item In festo visitacionis Marie Sebastiano Magistro Agazonum pro suo subsidio et seruicys fl. VI
- Georgio Zolyomy cui jn alio registro dedimus fl. XX nunc pro suo sallario anni preteriti per laczko paruulum suum fl. XX
- Eidem pro anno presenti „ VIII
 habet diem pasce domini
- Item Christoforo pany cui jn alio registro dedimus flor. XX et Andreas de Pathak fl. XXV nunc eidem pro preterito anno fl. XV
- Eidem pro presenti anno „ XV
- Stephano pethew pro preterito anno per dominicum famulum suum fl. XL
 habet diem sancti Georgy
- (Fol. 64)
- Item Sebastiano Magno pro pretentj sallario anni sui fl. XXXII
 habet diem Sanctj Georgy
- Johannj karoly pro preterito anno quia jn alio loco dominus eidem satisfecit de ceteris fl. X
 tenetur XX
 habet diem sanctj laurencij

tenetur eidem vinis jntegris sex et duo pro preterito anno etc.

Item Gaspar posegay jn registro taxe regie deditus flor. XXV. nunc deditus flor. XV

Item ad sex equos flor. LX et vina sex habet diem sanctj Bartholomej

Sigismundo Bathory de commissione domini pro suo subsidio tempore discessus sue Reuerendissime dominationis ad Budam flor. VIII

Zorardo quia deputatus est pro castellanatu Agriensi ad custodiam castri sed nondum habet dispositionem a domino jn festo beati Michaelis archangeli pro sustentacione equorum suorum et subsidio suo. flor. XII

(in altera pagina nil est notatum.)

(Fol. 65)

Tubicinatoribus

Jankyla pro suo nouo anno pro sallario fl. VI

Eidem pro nouo anno preterito fl. V

Eidem pro vna veste fl. IIII

Valentino pro suo antiquo salario fl. V

Dobos pro suo antiquo seruicio et sallario fl. V

Eidem pro nouo anno fl. IIII

francisco pro suo anno preterito fl. XIII

Eidem pro sua veste fl. IIII

Eidem pro suo nouo sallario anni presentis . . fl. XVII

habet diem sanctj Georgy

Blasio pro suo sallario anni presentis fl. IIII

habet diem natuitatis marie

Simoni pro preterito anno fl. V

Eidem pro presenti anno fl. XVII

Eidem pro sua veste fl. IIII

habet diem sanctj Valentijn

Georgio pro anno preterito fl. V

pro presenti anno fl. VI

pro sua veste fl. IIII

Adatok II. köt. III. füz. 26

Item In festo pasce eisdem ad equos VI pro stipendio pro primo mense post redditum eorum ad Agriam per flor II dedj fl. XX

Item francisco die dominico post Sophie quia ceteros a seruicio domini exulauiimus ad equos II dedimus . . fl. IIII

Item In festo viti et modesti martyrum duobus tubicinatoribus Simoni et francisco pro stipendio ad equos IIII fl. VIII

Iterum jn festo beate Margarethe virginis duobus tubicinatoribus Simoni et francisco ad equos IIII pro stipendio per flor. duos dedimus fl. VIII

Item Blasio nouo tubicinato ri quem dominus per forgach ad Agriam misit pro expensis vt expectet dominum Reuerendissimum ad relacionem forgach dedj fl. I

(Fol. 66)

Item feria secunda jn festo beati laurenty martyris francisco et synka tubicinatoribus domini pro stipendio ad equites IIII fl. VIII

In festo Natiuitatis Marie eisdem Simoni et Blasio ad equos quatuor pro vno mense fl. VIII

Francisco redeunti de patria pro vno mense . fl. IIII

Feria sexta jn festo dyonisii martyris tribus tubicinatoribus ad equos VI fl. XII

Item feria sexta

In festo leonardj confessoris tribus tubicinatoribus ad equos VI pro stipendio pro vno mense fl. XII

(in altera pagina nihil est notatum.)

(Fol. 67)

tem Commisit dominus Reuerendissimus vt cicius gentes suas per modum exercituancium ad se armigeros scilicet ad Quinqueecclesiam mitterem.

Itaque leuauimus et eisdem jn frascripto modo stipendum diuisimus ad vnum mensem cum medio

Sigismundo Bornemyza ad equos VI . fl. XXVII

Kathay " VI . " XXVII

Michaeli kewer.	ad equos	VI	. fl.	XXVII
Gaspar pwthnoky.	"	V	. "	XXII
Zorardo.	"	VI	. "	XXVII
Alberto Magno.	"	VI	. "	XXVII
Paulo felkez.	"	VI	. "	XXVII
Isthen mezey.	"	V	. "	XXIII
lazaro korlath.	"	VI	. "	XXVII
Stephano bornemyza.	"	III	. "	XVIII
Item In castro Agriensi jnfrascripto modo sol-				
uimus stipendia				
Petro horwath ad equos	III	fl.	VI
Iane	"	III	fl. VI
Petro Chatho	"	III	fl. VI
Pany cristhoff	"	III	fl. VI
Stephano Abaffy	"	II	fl. III
Zorardo	"	II	fl. III
(in altera pagina nihil est scriptum.)				

(Fol. 68.)

Seruicia familie.**Pedites Agrienses**

In festo omnium sanctorum peditibus L per flor.	II ad			
vnum quartale anni	fl.	LXXV	
In festo prisce virginis ad I ^e pedites per flor.	II pro vno			
mense	fl.	II ^e	
In festo beati Valentini ad pedites L ^{ta} dedj.	. fl.	I ^e		
Item Eisdem L ^{ta} peditibus pro medio mense jn festo be-				
ati Gregory pape quia jam tendebat res ad pacem fl. L				
Item feria secunda post festum annunciaconis Marie				
virginis cepimus iterum pedites ad comedustum et vestitum et				
solucionem domesticam tenere eorum jgitur XXVIII ad duos				
menses per flor. vnum dedimus	fl.	XXVIII	
In festo Vrbani pape XXVIII peditibus ad duos men-				
ses	fl.	XXVIII	
In festo beati Elye prophete XXVIII peditibus ad duos				
menses	fl.	XXVIII	

In festo exaltacionis sancte crucis XXIIII peditibus castrj Agriensis ad duos menses dedimus fl. XXIIII

Item In festo beati Martini quindecim peditibus qui annum jntegrum compleuerunt solito more per fl. vnum dedimus fl. XV
(in altera pagina nihil est notatum.)

(Fol. 69.)

Zarwaskw

Peditibus X et pistori ad vnum quartale anni per fl. II fl. XV

Duobus vicecastellanis fl. VI

Quinque peditibus conductis propter discordiam regni per fl. I fl. III

In festo Iuliane virginis peditibus XVI ad vnum quartale anni fl. XXIIII

Duobus castellanis fl. VIII

Item In festo Sophie VIII peditibus ad vnum quartale anni fl. XII

Duobus Vice castellanis fl. IIII

In festo beati laurenty martyris VIII peditibus ad vnum quartale anni fl. XII

Vice castellanis fl. IIII

Item Sex peditibus jn festo beati Martini qui annum jntegrum compleuerunt more solito per vnum fl. dedimus. fl. VI

(in altera pagina nil est scriptum.)

(Fol. 70.)

Agria

Pellifex Dionisius Pellifex habet diem sancte Sophie per annum fl. XX ad tres personas victum et amictum eidem dedi fl. XV

Eidem pro sua veste fl. II

Benedicto pellifex pro preterito anno. fl. VI

eidem pro presentj fl. VI

Kysmesther cui jn alio registro pro suo seruicio dedimus fl. II nunc iterum fl. IIII

Eidem pro presenti Anno fl. II

habet diem festum pasce et fl. sex per annum et vnum
vas vini

Demetrio Paller pro suo seruicio	fl. I
Suttor Gregorio suttori pro presenti anno . .	fl. VIII
Demetrio chypooztho	fl. II
Horalogista Benedicto Horalogiste pro presenti anno	fl. III II
Eidem pro alys suis laboribus	fl. II
Clauiger francisco clauigero pro suo seruicio . .	fl. I

(Fol. 71)

Organista Item Magister Paulus organista habet per annum fl. VIII.

Quartalia frugum emi X agnos XII vinum vnum medium et pro veste fl. II eidem primum pro suo sallario . . . fl. II
habet diem festum nativitatis Marie

Mercenarys. Stephano novo de Zenthmyklos . .	fl. III
Paulo allodiatori	fl. IIII
Iohanni Mercenario cui prius soluimus fl. II, nunc jterum deditus	fl. II
Benkew famulo	fl. II
Lotrix. Lotricj deditus.	fl. I
Alie nouiter conducte	fl. II

(Fol. 72)

Carpentario Benedicto Carpentario qui habet quartusmet per annum conuencionem jn fl. I° eidem deditus . fl. LXXX
Eidem pro sua veste fl. II
habet dominicam jn uocavit

Sartor Emerico sartori pro seruicio annualj . .	fl. VII
Coci Item In festo nativitatis domini magistro paulo fl. VIII	
Demetrio	fl. III
Alys tribus familis	fl. VI
Emerico coco	fl. III
Nicolao coco	fl. V
habet conuencionem in fl. V habet festum Elizabet	
Luce	fl. III
habet diem Elizabet per fl. V	

Janco	fl. III
habet festum pasce per fl. V	
Eisdem omnibus Elekethew	fl. I
Bencze eoco	fl. I
faber. francisco fabro pro suo sallario	fl. IX VI
Arripipar Leonardo cui jn alio registro dedimus fl. VI nunc iterum dedimus	fl. VI
habet diem sanctj Andree	
Eidem pro sua veste ex conuencione	fl. II
Eidem pro jopa et caliga	fl. I
Pistor Clementi pistori primum dedimus	fl. XVIII
Eidem pro sua veste emenda	fl. II
Pixidario Thome Almano pixidario cui dominus prius derat fl. VI nunc iterum dedimus	fl. XVIII
habet festum Marie Domine	

(Fol. 73)

Nicolao pixidario dedimus	fl. VI
Eidem de taxa regia	fl. I
Doleator et clauiger Zalay Clauigero pro suo seruicio fl. I	
Gaspar pynther	fl. VI II
Ortulani Gregorio ortulano cui jn alio Registrio dedimus fl. III nunc iterum dedimus	fl. III
Eidem pro anno presenti	fl. III
habet festum barnabe apostoli	
Or tulano ferarum pro suo seruicio annj presentis fl. IIII	
Zykzo Octo Mercenarys quibus jn alio registro dedi ad eorum noua seruicia fl. XXII nunc iterum dedi	fl. IIII
Eisdem pro eorum camisys	fl. I
Iterum eisdem dedi	fl. VI
Valentino magno prouisor i curie eorum pro suis seruicys	fl. IIII
Iterum eidem pro suis seruicys	fl. II
Item pro presenti anno octo mercenarys ad quatuor juga	fl. VIII
Eisdem pro camisys eorum	fl. I

fabro qui cum jugis procurat fl. I
 Item Iterum ad quatuor juga octo mercenarys. . fl. IIII

(Fol. 74)

Hydwegh Duobus agazonibus qui cum equis juuenibus
 procuracionem habent pro eorum seruicys fl. IIII

Duobus Mercenarys qibus jn alio registro persoluimus sua
 seruicia nunc dedimus fl. II

Quatuor Mercenariis ad duo juga fl. IIII

Eisdem pro camisy fl. I

Tharkan Clementi Allodiatori de tharkan cui jn alio re-
 gistro dedimus fl. II nunc iterum dedimus fl. VI

Pastor porcorum anno preterito duobus fl. II

isto anno eisdem duobus fl. IIII

pro eorum camysis fl. I

Agazones domini

Item Primum Michaeli Egry ad relacionem Stephani Magni
 pro suo seruicio fl. IIII

Eidem pro veste sua fl. II

Item Duobus Agazonibus Stephano et laurentio qui cum
 equis juuenibus procurant pro eorum seruicys . . . fl. II

(Fol. 75.)

Gengespyspeky Eméricus literatus de precio quorundam
 vinorum fecit has expensas.

Benedicto Mercenario pro suo seruicio fl. VI

Thome Mercenario fl. VI

Gregorio Cheh fl. I

Ladislao fl. I

Georgio Nagh fl. III

Gaspar fl. I

Seruitricj de Solmus fl. II

Seruitrici de pyspeky fl. II

Pellifcy fl. II

Suttori fl. III

Vestem et Camisiam istis et calciamenta dispo-	
suit etc	fl. VI
Summa	fl. III ^m IIII ^e XVI

Subarum et vestium

Nicolao Vicecastellano solito more pro suba sua .	fl. VI
Magistro Agazonum pro vna suba sua	fl. VI
Magistro Martino fabro domini ex sua conuencione pro	
suba	fl. VI
Jankwla thubicinatori pro suba sua	fl. VI
Nicolao Vicecastellano pro sua tunica solito more fl.	III
duobus pixidarys pro eorum tunicis	fl. III
Emi mihiipsi vnam subam dorsiuam	fl. VIII

Porcorum

Item porcos ad mactandum pro lardis eciam larda ad numerum IIII^r omnibus jn vnum computatis vel citra fl. IIII^r

Item pro futuro anno jn festo beati Laurencij martyris pro congregandis porcis dedi paulo Tenky fl. XLV
et emit porcos II^r XX quos presentauit vicepastori.

Item Luce dormani pro futuro anno jn festo beatj Emericj dueis pro porcis emendis dedj fl. L

Cui jn futuro registro eciam dedj pro porcis
emendis fl. II^r

Juuencorum

Item Paulo Theny pro emendis juuencis de commissione
domini dedj fl. XXV

Item quatuor tria Sirmiensia jn Naghy Twr quia vina
istius patrie jsto anno sunt acerba ad honorem et vsum domini
Reuerendissimi et curie hospitumque suorum emi . fl. XXXI

Auenarum

(Fol. 76)

Item Petro Magno Martino fratri eiusdem omnibus in vnum
computatis ad exitum tocius istius anni jntegri pro auena con-
greganda dedi fl. III^r XIII

Noua Auena

Item A festo visitationis Marie pro nouis auenis ordeis pabulis etc pro futuro anno quia eciam dominus Reuerendissimus cum certis dominis episcopis et alys Baronibus hospitibus suis Agrie per certos dies mansit Blasio Zolathy . . fl.	LV
Barnabe literato Agriensi	fl. L
Matheo kwn	fl. X
Item martino de agria pro congreganda auena . fl.	LXX

Pannorum

Viginti duo pecias pannorum peditibus XLII jn Agria et Zarwaskw ac agazonibus XII etc Clauigeris Allodiatori- bus pastoribus fabris carpentarys, cocis etc jn numero I ^e XXV	
	fl. I ^e II

Falcaturaе

Item In Zyko Valentinus Magnus fecit falcare fl.	XII
Item Ad Agriam wltra gratam falcaturam . . fl.	XXV
Item In hydwegh	fl. III
Item In Polgary	fl. III

Vindemium

Emerico literato pro vasis emendis . fl.	XLVII et XVII
Barnabe literato ad agriam vt vasa congreget fl.	I ^e V
In foro Agriensi vasa emimus fl.	XLIII XV
Dionisio byro in hecze pro vasis emendis fl.	LXXXI
	XXIII
Etimus vasa jntegra et media etc fere jn numero I ^m II ^c	
Item kethewezeth	fl. VI
Item In Agria Gengyespyspeky hecze zarwaskw etc.	
Item doleatoribus pro vasis forte (!) VI ^e soluimus fl.	XXXVIII

Coquina

Item A festo beate Elizabet vidue vsque aliud festum beate Elizabet per exitum anni jntegri ad coquinam demptis lardis	fl. III ^e XXVI
--	---------------------------

Item Dominus Reuerendissimus venit ad Agriam jn festo beati Stephani regis et mansit vsque festum beati Mathei Apostoli per dies szt XXXIII habuit semper hospites aliquos dominum Waradiensem dominum Vaciensem Georgium Kany say Emericum perini Blasium raskay pathachy et alios multos; ad coquinam exposuimus ad pisces etc ac alia omnia fl. LXXV

Item proprium sallarium ad mei ipsi et familiam meam, ac cetera negotia mea pro salarys et seruicys meis fl. III^e XXV

Summa fl. II^m III^e XII

(Fol. 77.)

Ad labores.

Hydwegh Item In hydwegh ad labores domus et curie jn priori quoque registro exposuimus nunc in Nundinis sancti Martini in hewes emimus clauiculos lecz Silindines fl. XXXIII

Asseres fl. III

Ibidem lecz eth iterum fl. III

Carpentarys quibus jn alio registro dedimus fl. XIII nunc iterum dedimus fl. XXXII

habet conuencionem jn fl. XLV

Ciuibus de tharkan pro lignis zarwfa de siluis ad vil lam portauerunt fl. II

Luce dormany pro emendis duobus bobus ad juga fl. VI

Vnum currum ad allodium fl. I

Tres Ramas pro fenestris vitreis fl. I

Item Domum pullorum portas et necessarium et alios minores labores per carpentarios fecimus laborare . . fl. III

Iterum ad labores domus eiusdem Silindines clauiculos etc Idem dormany emit fl. XIII

Agria Zarwfath pro chyr in allodio I^e XL ligna feci succidere in tharkan fl. III

Eidem palos II^e feci per tharkanenses secare . fl. III

Silindines et Asseres pro eadem chyr fl. VI

Pro lug as ortus Bernaldj emi ligna jn tharkan fl. III

Item In Curia domini feci vnum murum extruere penes
 pistoris domum muratoribus tribus aliquando quatuor fl. IIII
 Ad paruos laboratores fl. III
 Lapides feci excidere fl. II
Cementarys Item Cementario Valentino byro pro vna fornace cementij fl. VII
 Valentino byro de felsetharkan pro vna fornace cementij fl. V
 Egidio sos pro vna fornace cementij fl. VIII
 Egidio herbolyan pro alia fornace cementij fl. VII
 Francisco pro vna fornace fl. VII

(Fol. 78.)

Ad certos labores clauiculos maiores et minores fl. VII
 Item Magistre Jo piscinatori de Agria jn sortem futuram
 sui seruicy fl. I
 Item ad labores aque calide pro domo et tectura etc
 eiusdem jn toto fl. VIII

Paries pallacy et murus penes ecclesiam.

Item lapicidis qui lapides effoderunt fl. VI
 Item Muratoribus fl. XVI
 Item paruis laboratoribus fl. XVIII
 Item lateres cacuminis parietis fl. III
 Mathie Maday pallero pro suo seruicio fl. III
 Magistro paller pro suo sallario fl. III
 Item Molendinatoribus qui asseres fecerunt jn ortu fera-
 rum pro portis curie fl. I

Ad stabulum nouum et vmbra curruum et murum cas- trj a parte vmbre currus etc

Item Magistro paller pro suis laboribus iuxta conuenien-
 tem factam pro stabulo et vmbra curruum et muro castri
 vt eundem altius faciat etc fl. LX

Item Carpenteri quos propter celleriorem expedicionem
 penes nostros carpentarios conduximus de ciuitate . fl. XII

Item ligna zarwfa gerenda etc a civibus de tharkan	fl. XXIII
Item Clauiculos maiores et minores	fl. XVII
Item Silindines	fl. XVII
Item Asseres	fl. III
Item Leczz ^r geth	fl. VIII
Item Asseres pro Jazol magnos	fl. III
Item Valw	fl. III
Item lapicidis qui lapides exciderunt	fl. X
Item Ad paruos laboratores quia eciam terram jn magna copia de stabulo educere habuimus	fl. XXXIII
Item Lapides ad fabricandum portas (m?) et fenestras eiusdem feci secare et portare	fl. V

(Fol. 79.)

Ad tecturam ecclesie

Item Lapicide qui duabus alis ecclesie lapides rwbeas excidit	fl. I
Tribus Carpentrys penes Magistrum benedictum pretio conductis vt labores cicius fiant	fl. VIII
Oleum pro liniendis Silindinibus	fl. XXXVIII
Kysmesther pro rubea terra ad Orozy	fl. III
Cisternas ligneas juter duas turres et tectorias fl. III	
Silindines	fl. XXXV
Leczeth	fl. XIII
Clauiculos maiores et minores	fl. XI, II, III
Pleheth	fl. VI
Asseres	fl. III
Ad paruos laboratores	fl. II
Item Magistro paller qui crucem magnam de lapidibus excisis super pinnaculum templi fecit et eciam ex lapidibus excisis marginem alarum ecclesie reformauit et hostium de curia ad ecclesiam fecit	fl. XII
Summa	fl. VI ^c III

(in altera pagina nihil notatum est.)

(Fol. 80.)

Ad diuersa facta.

Doleatoribus qui vasa ad conseruacionem caulium mellium et farinarum Budensium conferendarum (?) ad numerum XXXII dedj den I^e XXV

Vnam peciam sindonis pro faciendis mensalibus et manutergys ad hospitalitatem dominorum den II^e XXV

In festo sancti Andree cutes emit suttor pro calceis den II^e

Eodem die misi hoczman ad angelum kanczaler Budam vt sciscitetur de eo si pecunie per dombay reddite sunt de commissione domini pro expensis deditus den I^e

Iterum die dominico post Andree misi Johannem Sarvary vt mella in pesth vendat vel emptores illis querat pro expensis den II^e

Eodem die heremitis ad Mariam Magdalena ad aduentum domini jeiunantibus in Elemosinam vt oleum emant deditus den I^e

In vigilia beati Andree apostoli misi Zolathy ad petrum Varadini ad dominum Reverendissimum cum certis literis pro expensis den III^e

In capite aduentus scholari bus recordantibus den XVI

Eodem die misi et feci abigere sexaginta porcos ad castrum Wise grad et pro illis qui abigerunt pro eorum expensis et vt porcis in via comedere dent dedi . . . den II^e

Feria quarta post festum Andree misi vnum peditem causa exploracionis certarum rerum ad dyosgyer cui de commissione domini deditus expensas . . . den XXXII

In festo beati Nicolai misi pecunias ad dominum Reverendissimum a d Bachiam per Sigismundum Herencheny cui pro expensis den III^e

In festo conceptionis virginis Marie misi Michaelem Zolathy ad dominum pallatinum ad trinchel in certis negocys domini Reuerendissimi de commissione eiusdem cui in expensis den V^e

Eodem die misi Nicolaum literatum ad dominum Reueren-

dissimum ad Bachiam cum certis literis domini super jnstal-
lacione domini petri prepositi etc pro expensis . . den II^e
 Eodem die emi karlathlan daroczoth pro faciendis saccis
ad seruicia curie den I^e XXXIII
 Paller pro suis seruicys et subsidio den I^e
 Ad solemnitatem festi o sapientia ad hospitalitatem
dominorum de Buda feci confecciones portare den I^e
 Wapassa Mondola Ryska den I^e
 Ad eandem hospitalitatem dominorum in festo sancti
Joannis Evangelistae ad diversa exposuimus . . . den II^e
 Misi per Hoczman ad Pesth duo vasa mellium ad ven-
dendum cui pro expensis dedj den II^e
 Duobus vectoribus curriferis ductoribus eorundem „ IIII^e
 Feci exinde ad labores chyr in allodio portare clauiculos
maiores et minores den VIII^e
 In festiuitatibus Natalis domini Petro forgach cui
dominus commisit vt aliquod ad conseruacionem coniugis sue
subsidiu dedi den VI^e
 Barnabam Magnum misi ad explorandum versus
Cassouiam Saaros etc super pallatino pro expensis
den II^e
 Eodem tempore fecimus papirum emere Bude vt
leuius emere possimus ad exitum integri anni pro registris
literis etc den I^e
 Misi Nicolaum vicecastellanum ad dominum pallatinum ad
trinchil cum certis literis domini Reuerendissimi et causa eciam
exploracionis cui pro expensis den II^e
 In festo Natiuitatis christi per medium magistri Agazon-
num fecimus emere frena XIIIII den II^e
 In festo sancti Johannis Evangelistae pauperibus
fecimus diuidere den XXXIII

Fol. 81.

Eodem die scolaribus et procedentibus recordantibus
den L
 In festo circumcisionis domini pro duabus clausuris pi-

scium vulgo zegye emi ligna per medium Martini Magni
den XXII^e

Sabbatho ante festum Epiphanie domini misi Zolathy ad
dominum Reuerendissimum ad wylak cum certis literis pro ex-
pensis dedimus den III^e

Eadem die vnum familiarem forgach iterum misimus ver-
sus triuchel ad explorandum eidem pro expensis den I^e

Benedicto Carpentario qui extra conuencionem suam di-
uersa seruicia ad necessaria castri exhibuit pro suo seruicio
den II^e

Nicolao Hoczman quem ad partes superiores misi ad ex-
plorandum de certis nouitatibus cui pro expensis
den I^e

In castro zarwaskw feci jn celario aliquos gradus fieri
per vnum carpentarium eidem dedimus . . . den I^e XXXV

Johanni literato pediti eiusdem castri pro suo subsidio ad
suas nupicias dedi den I^e

Jancule Tubicinatori domini qui nunc de domino venit do-
mum petenti in subsidium den II^e

Ad vsum castrj eiusdem Zarwaskw emi caules den I^e

Pisas lentes etc ad vsum et conseruacionem eiusdem castrj
emimus den IIII^e

Theloniatori pro sua veste den I^e

Carbones hass (lárs) pro faciendis pulueribus pixidum
den I^e

Ibidem vnam fenestram de telis feci disponere den XVIII

Stephano Abaffy quem pro certa exploracione misi
ad partes superiores den L

Johanni Sarvary quem ad comitatum zemlen misi
causa exploracionis et eciam pro pecunys decimarum pro
expensis dedimus den LX

Emerico zolthan quem ad leuandas gentes domini misi-
mus ad Gengyespyspeky eidem pro expensis . . den LX

Gregorio paruulo domini qui ad me certas literas detu-
lerat quem rursum ad dominum remisi ad Walpo cui pro
expensis den I^e

Tres currus ad castrum Agriense duos ad laborandum
tercium ad exercituandum feci laborare . . . den IIII^e

Medium vas piscium salsatorum feci de commissione do-
mini heremitis ad Wysegrad ducere . . . den I^e

Matheo quem hys diebus ad Wereczce cum certis literis
ad dominum misi pro expensis dedimus . . . den II^e

Quibusdam presbyteris qui in Comitatu Wywariensi aren-
datores vinorum cum ammonicionibus et certis censuris ex-
communicauerunt etc et compulerunt ipsos ad restituendu-
m per exitum integri anni jn expensis dedimus . den III^e

Feria tercia ante reminiscere jn ciuitate Quinqueecclesi-
ensi domino Nicolao Seniori Sancte dorothee jn ciuitate Vien-
nensi fundate ad Viennam redeunti de commissione domini pro
expensis den VI^e

Hysdem diebus de Agria ad dominum Reverendissimum
vocatus veni Quinqueecclesia jnde ambulando ad domi-
num et babui equites quia pecunias portabam domino Reveren-
dissimo et fere per XXV dies exposui . . . den XVIII^e

Feria quinta ante oculi de commissione domini Reueren-
dissimi misi franciscum de zathmar ad veterem Budam
pro homine capituli ad statucionem polgari etc jn
vno curru pro expensis den II^e

Martino qui ipsos duxerat huc et illuc ad statuendum
den XXV

Michaeli Studenti Cracouensi quem ad germanos
domini de commissione eiusdem transmisi cum literis eiusdem
pro expensis den III^e

Vinearum Ad culturam vinee de zeleske videlizet putaci-
onem etc exposui den XIII^e

Custodi eiusdem vinee den LXXV

In ortu Baith nonum ortum feci excidere . den II^e

Hysdem diebus carbones pro vsu curie emimus den LXXXV

In Nundinis annunciaconis Marie virginis silindines emi
den III^e

Asseres ad certos labores emi den III^e

In eodem festo pauperibus jn elemosinam distribui
den XXVII

Curifero qui hominem Capituli Budensem reduxerat domum
den Ir^e

Zolthan per quem remisi jn expensis . . . den I^e
Sellas tres in Nundinis den II^e
frena XXVII den II^e
heweder den II^e
Stragones den I^e
Strigilia et cordas den I^e
heremitis prope Agriam jn elemosinam oleum ad
quadragesimam den I^e

Item feci excommunicare agrauare et reagruauare etc
Bernaldum rechky et Johannem czekey exposui den L

Item In Hydvegh auenam pro seminatura emi den VII^e
Item In zykzo auenam ordeum et alakor ad seminandum
den VII^e

Matheo domitorj equorum juuenum domini pro suo seruicio
den I^e

Feria quinta ante letare misi zolathy ad dominum Reuerendissimum ad Quinque ecclesiensem (ciuitatem scilicet)
cum certis literis cui pro expensis den II^e

Item In thwrkeddj feci fieri vnum molendinum ad
id asseres lapoczka lapides molarum . . . den VIIr^e

De pyspeky feci ad Agriam sex vina deportare den Ir^e XL

Ad labores allody viceprouisor jn absencia mea emit
leczzegh den II^e

Rasori qui quindecim pecias panni rasit pro suis seruicys
den III^e

Cordas hass Magnas ad conseruacionem equorum tur-
corum in campo den XX

Tela pro mensalibus manutergys familie . . den I^e X

Item feria quarta ante ramispalmarum misi zolathy ad
dominum Reuerendissimum cum literis ad Albam pro expensis
den II^e

Item feria tercia proxima post festum pasce domini de
commissione domini Reuerendissimi jui Budam et illic mo-

ram trahendo de commissione domini per dies fere XVI ex posui
den XIII^e

De commissione eiusdem misi Budam Germanos domi
ni de Cracouia exeentes currifero qui eos duxit den II^e

Bude commisit dominus vt pro salibus connumerandis V^(*)
de transilvania ad varkon misis (!) Johannem famulum Blasy
Magni et per alium vnum fidum hominem meum videlicet la
dislaum thassy mitterem et ipsos sales ad manus acciperent
jgitur ambobus pro expensis dedij den III^e

Item In absencia nostra Matheus viceprouisor curie jn
nundinis beati Barnabe apostoli ad emendum nonnullos asseres
clauiculos silindines etc ad labores ortorum exposuit den VI^e

Item vnam fornacem cum fumorio jn ortu maiori den L

Matheus etc fecit per turcos ligonizare ortum de tharkan
et adhibuit eisdem pro custodia quatuor pedites omnibus
in expensis ad vinum etc dedit den II^e

Carbones ad castrum den XL

fabris ciuitatensibus qui duas kathenas ferreas ad portam
castri zarwaskw et ferrum porongh ad Molendinum
de capolna fecerunt den II^e

(Fol. 83.)

Item de Buda remisi equos domini et nostros quia sensi
et intellexi illic moram contrahere pro expensis . . den II^e

Item Iterum dominus Reuerendissimus fecit jn diebus
ascensionis domini vocare ad Budam et moram illic per dies
XXIII faciendo de voluntate domini vsque ad Agriam exposui
den XVIII^e

Ibidem certas scultellas destructas et ollas fer
reas feci reformare den III^e

De pyspeky misi Belsei ad dominum cui pro expensis
den I^e

In Nundinis sancty Sanizlai (!) viceprouisor emit asseres
pro stampnis ad ecclesiam den I^e

Grisiatoribus Item feci conuencionem cum Magistris

*) centenariis (?)

